Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8322
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Oratio.

Domine Jhesu Christe, qui sanctis Apostolis tuis potestatem dedisti calcandi serpentes et scorpiones: qui inter cætera mirabilium tuorum præcepta dignatus es dicere infirmos curate, læprosos mundate, doemones eijcite: te cum timore et tremore supplex depcor, ut mihi indignissimo omnium peccatorum ueniam et confidentiam, ac possibilitatem donare digneris cum tuis sanctis apostolis, ut hunc crudelem draconem, brachij tui potentia munitus, fiducialiter et securus aggrediar per te Jhesu Christe, qui cum Deo patre et spiritu sancto uiuis et regnas Deus, per omnia secula seculorum Amen.

Coniuro uos doemones quicunq; estis, siue unus, siue plures, et præcipio uobis in uirtute domini nostri Jhesu Christi, ubicunq; estis in isto homine, ut ab infima parte pedis usq; ascendatis ad supræmam capitis partem, et per linguam huius. N. mihi respondere non tardetis, per eum qui ueniturus est iudicare. etc.

Similiter fac, cum spiritus immundus se uult occultare, nec ad quæsita rndere.

Coniuro uos doemones, ubicunq; estis in isto homine, et re